

213.



Disputatio XVIII.

DE DAMNO INFECTO, ET OPE-
ris noui nunciatione.

Q V A M

D. T. U. V. A.

P R Æ S I D E

C L A R I S S I M O

C O N S V L T I S S I M O Q V E

V I R O, D N. H E N R I C O B O C E R O,

I. V. D. C E L E B E R R I M O - P E R S P I C A C I S S I M O,

& in incluta Tubingensium Academia Professore & Ante-

cessore eminentissimo, Praeceptore suo sum-

mè honorando,

ORDINARIII EXERCITII GRATIA,

tempore, locoque consuetis, pro animi modu-

lo tueri tentabit

IOANNES IACOBVS PLEBST

Stutgardianus.



T V B I N G Æ,

Apud Georgium Gruppenbachium.

M. D. X C I X.

Ecc


Disputatione

DE CAUSIS ANIMAE ET ORG...

C. L. A. R. I. S. S. I. M. O.
G. O. N. S. V. L. T. S. S. I. M. O. V. E.

V. I. R. O. E. N. H. A. N. S. I. C. O. R. O. C. E. R. O.
I. V. D. C. E. L. S. T. E. R. A. L. I. O. S. T. R. A. T. O. R. I. A. M.
C. O. M. P. L. E. T. I. S. S. I. M. A. M. P. H. I. L. O. S. O. P. H. I. C. A. M.
C. O. N. T. R. A. D. I. C. T. I. O. N. I. S. T. R. A. T. O. R. I. A. M.
I. N. P. R. O. P. R. I. A. T. I. O. N. I. S. T. R. A. T. O. R. I. A. M.
I. N. P. R. O. P. R. I. A. T. I. O. N. I. S. T. R. A. T. O. R. I. A. M.
I. N. P. R. O. P. R. I. A. T. I. O. N. I. S. T. R. A. T. O. R. I. A. M.

JOHANNES HANSEN P. R. O. F. E. S. S. O. R.



V. D. I. N. G. O. S. I. A. M.

M. P. R. O. F. E. S. S. O. R.

For



Disputatio XVIII.

DE DAMNO INFECTO, ET NOVI
operis nunciatione.

THESIS I.



TRAQUE HÆC IURIS NOSTRI PARS,
de damno infecto, & noui operis nunciatione, ad poste-
rius quasi delicti genus (a) propè accedit. (b)

a) De quo Disputatione proxima. (b) Prospicit enim
damno futuro, quod à re aliena, nostra impendet. l. 7. in pr.

& §. 1. & tot. tit. ff. de damno infecto.

II.

Damnum infectum, est illud damnum, quod patrimonio no-
stro à re vicini ruinoso obuenturum timemus.

l. 2. l. 3. ff. de damno infecto.

III.

Circa hoc autem damnum duplex generalis inspectio incurrit:
vna de genere huius damni: altera de iuris remedio, contra hoc da-
mnum nobis comparato.

IV.

Genus huius damni Gaius Iurisconsultus his explicat verbis: si-
ue edium vitio, siue operis, quod vel in ædibus, vel in loco urbano, aut
rustico, priuato publico uè fiat, damni aliquid futurum sit: curat Præ-
tor, ut timenti damnum caueatur.

l. eorum. 19. §. 1. l. fluminum. 24. §. idem Seruius. 5. & §. vlt. ff. de
dam. infecto. De opere quod fit in loco publico, est quoq; textus in l. si finita.
15. §. 2. & §§. seqq. l. fluminum. 24. in pr. ff. d. t. de eo, quod fit in publico,
vel priuato loco est similiter textus in l. 1. §. nunciamus in fin. ff. de oper.
nou. nunciat.

V.

Quin etiam huiusmodi damnum dicimus, quod ab arboribus
caducis metuimus.

d. l. fluminum. 24. §. item apud. ff. de damno infecto.

Ecc 2

At ne

VI.

At ne damnum naturale sit, vel quod casu fortuito aut tertij culpa accidat, requirimus.

l. fluminum. 24. §. sed vt ne quid. in fin. §. seq. §. praterea. & §§. seqq. l. damni infecti. 43. in pr. ff. de dam. infect. Quod de culpa tertij dicimus, à veritate alienum esse videtur, per d. l. 24. §. adijcitur. ff. d. t.

VII.

Neque etiam huic damno accensemus, si quis aliqua in re iure suo quid faciat, atque inde vicinus damnum capiat: vtputa in fundo meo puteum aperio, quo aperto, venæ putei tui præcisæ sunt: aut domum meam altiùs tollo, & tuis luminibus officitur.

l. fluminum. 24. §. vlt. & l. Proculus. 26. ff. h. t.

VIII.

Iuris remedium, quod aduersus damnum huiusmodi comparatum habemus, est petitio cautionis de damno infecto: (a) quæ petitio instar actionis obtinet, (b) & μετρονυμικῶς à Iurisconsulto Paulo stipulatio damni infecti appellatur. (c)

a) *l. Prætor. 7. in pr. ff. de dam. infect.* (b) *l. actionis. 37. ff. de O. & A. & l. 1. §. cautionales. ff. de stipulat. Prætor. l. inquilino. 34. ff. de dam. infect.* (c) *in l. damni infecti. 18. in pr. ff. de damno infect. Donell. lib. 15. Comment. c. 46, pag. 557. in fin. & pag. seq. in princ.*

IX.

In hac cautione spectamus, tum qualis ea sit, & quis, à quo, coram quo petere eam possit: tum quarum personarum nomen hac cautione comprehendi oporteat, & tempus quod ei adijcitur: tum etiam quæ præstitæ huius cautionis vis sit & effectus: tum postremò quæ pœna denegatæ cautionis.

X.

Est autem hæc cautio vel nuda repromissio, vel satisfactio. Repromittit, qui suo nomine conuenitur, & promittit: At qui alieno conuenitur nomine, satisfat.

l. Prætor. 7. l. hoc ampliùs. 9. §. pen. & vlt. l. quamuis. 10. l. qui bona. 13. in princ. l. si Proprietarius, 22. §. vlt. l. damni. 30. ff. de damno infect.

Suo

XI.

Suo nomine conuenitur, & promittere tenetur, qui de damno rei suæ conuenitur; veluti dominus ædium ruinosarum, aut soli, in quo ædificat: (a) qui item bona fide possidet, (b) & qui seruitutem in alieno habens, puta viam, vel aquæductum, aliquid facit viæ reficiendæ, aut aquæducendæ causa. (c)

a) *d. l. hoc ampliùs. 9. §. vlt. l. quamuis. 10. l. qui bona. 13. & d. l. si proprietarius. 22. in princ. & §. vlt. ff. d. t.* (b) *d. l. qui bona. 13. in pr. ff. eod. t.* (c) *d. l. qui bona. 13. in princ. & l. damni. 30. in princ. h. t.*

XII.

Alieno nomine qui conueniuntur, proindeque satisfiant, sunt superficiarius, de damno superficiei alieno solo impositæ, conuentus; (a) Fructuarius, conuentus de ædibus fructuarijs, aut eo opere quod facit in opere fructuario; (b) Tum etiam omnis, qui in publico loco ædificat. Nam & hic locus ædificanti alienus est. (c)

a) *d. l. hoc ampliùs. 9. §. pen. ff. d. t.* (b) *d. l. hoc ampliùs. §. vlt. & l. seq. ff. eod. t.* (c) *d. l. fluminum. 24. in princ. vers. propter quod ff. d. t.*

XIII.

Quòd si reus conuentus affirmet se loci dominum esse, actor autem id neget, tum in hac controuersia reus sub hac exceptione satisfiat, si dominus non sit.

d. l. Prætor. 7. in princ. vers. si controuersia sit. l. si proprietarius. 22. in fin. & l. qui vias. 31. §. 1. h. t.

XIV.

Duo si fuerint, à quibus hæc cautio postulatur, quorum vnum actor dominum affirmat, alterum negat, eligere debet, à quo velit sibi cauere, ita vt ab illo nudam promissionem, ab hoc satisfactionem exigat.

Per text. in d. l. si proprietarius. 22. in fin. ff. h. t. Donell. lib. 15. Commentar. cap. 46. pag. 563. in princ.

XV.

Petere autem hanc cautionem potest, omnis qui damnum ex ædibus, agro, aut opere aliquo alieno metuit, siue in eius bonis res sit, siue eius sit periculo; (a) qualis est superficiarius, vsufructua-

DE DAMNO INFECTO, ET

rius (b) creditor, qui pignoris iure rem tenet. (c) Quinetiam inquilinis & eorum vxoribus, & qui cum illis morantur, (d) persecutio huius cautionis competit.

a) *l. damni. 18. in princ. ff. h. t.* (b) *l. qui bona. 13. §. superficiarium. & l. inter fructuarium. 20. ff. eod. t.* (c) *l. qui de creditore. 11. in fine. & l. seq. ff. d. t.* (d) *d. l. qui bona. 13. §. vicinis planè. ff. h. t.*

XVI.

Ita tamen hæc persecutio his tribuitur, si priùs de calumnia iurent. (a) Qui autem alieno nomine hanc cautionem postulat, iurare debet, eum, cuius nomine agitur, non calumniæ causa postulatum fuisse; (b) & præterea cauebit, dominum rem ratam habiturum. (c)

a) *l. Prator. 7. d. l. qui bona. 13. §. qui damni. ff. de dam. infect.* (b) *d. l. Prator. 7. in princ. ibi, eum uè cuius nomine aget, postulatum fuisse. & d. l. qui bona. 13. §. si alieno nomine. ff. d. t.* (c) *l. inter quos. 39. §. pen. ff. d. t.*

XVII.

Denegatur huius cautionis persecutio ei, qui aut iuxta monumentum ædificauit, aut iuxta suum ædificium monumentum fieri passus est: (a) Tum etiam illi, qui cauere sibi postulat earum ædium nomine, quarum ipse cauere supersedit, vicino in earum possessionem misso; (b) Tum denique ei, cui damnum sarciri alia ratione potest. (c)

a) *l. qui bona fide. 13. §. si quis iuxta. ff. de dam. infect.* (b) *d. l. qui bona. 13. §. si quis quia. ff. d. t.* (c) *l. damni. 18. §. sed quid fiet, vers. quod alia actione. & l. si adibus. 32. in fin. ff. eod. t.* Est enim iniquum, superuacua cautione aduersarium onerari, *l. hac stipulatio. 14. §. 1. ff. vi legator. nomine caueat.*

XVIII.

Vnde hanc cautionem exigere non potest, inquilinus à locatore, (a) fructuarius à proprietatis domino, hic ab illo, (b) nisi opus in solo fructuario instituant, (c) superficiarius à domino soli, hic ab illo; (d) emptor ædium ante traditam sibi possessionem, nisi in eum venditor omne periculum custodiae transtulerit; (e) socius, si proprias ædes vicinas habens communibus ruinosis, postulet à socio sibi cauere pro damno propriarum ædium, pro qua parte ille dominus est. (f)

a) *d. l.*

NOVI OPERIS NVNCIATIONE.

188.

a) d. l. qui bona. 13. §. de illo. & l. inquilino. 33. ff. de damno infecto.
 (b) l. damni. 18. §. 2. ff. d. t. (c) l. interfructuarium. 20. ff. eod. tit. vbi
 pro non pertinet, legendum, pertinet, vbi arguit d. l. 18. §. 2. ff. d. t.
 & l. 7. §. quoniam. & l. vlt. ff. de usufruct. & sentit Cuiac. in lib. 48. Paul.
 ad edictum. pag. 313. (d) l. damni. 18. §. ei qui. ff. de dam. infecto. Donell.
 d. lib. 15. cap. 46. pag. 559. lin. 40. & seq. Dissentit Cuiac. in lib. 48. Pau-
 li ad edict. pag. 314. (e) l. damni. 18. §. emptor. & §. seq. & l. emptor.
 38. in princ. ff. de damno infecto. (f) l. si adibus. 32. ff. d. t.

XIX.

Contra quos persecutio huius criminis pertinet, sunt dominus
 rei, (a) bonæ fidei possessor, (b) quasi possessor seruitutis viæ aquæ-
 ductus, (c) superficiarius, (d) fructuarius, (e) creditor, qui rem
 sibi pignori obligatam tenet, (f) & omnis, qui in publico loco ædi-
 ficat, qui operis duntaxat nomine conuenitur. (g)

a) l. hoc amplius. 9. §. vlt. l. quamuis. 10. l. qui bona. 13. §. 1. & d. l.
 si proprietarius. 22. in princ. & §. vlt. ff. de dam. infecto. (b) d. l. qui bo-
 na. 13. in princ. ff. d. t. (c) l. qui bona. 13. in princ. & l. dam. 30. in princ.
 ff. eod. t. (d) d. l. hoc amplius. 9. §. penult. ff. d. t. (e) d. l. hoc ampli-
 us. 9. §. vlt. & l. seq. ff. eod. tit. (f) l. quid de creditore. 11. in princ. l. eo-
 rum. 19. in princ. ff. d. t. (g) l. fluminum 24. in princ. vers. propter quod.
 ff. h. t.

XX.

Petitur autem hæc cautio coram Prætorē, vel Præsīde, si præsen-
 tes sint, si absint, magistratibus municipalibus hæc res delegata cen-
 setur.

l. 1. l. 4. in princ. & §§. seqq. ff. d. t. Quoad magistratus municipales
 ob stare videtur l. 4. ff. de iurisdic. iunct. l. ea que. 26. ff. ad municipal.

XXI.

Quod si magistratus municipalis, cū postulatū pro tribu-
 nali fuerit, non iubeat cauēri, quanti ea res est, cuius damni infecti
 nomine cautum non erit, iudicium in eum datur: nisi tam vicinum
 vrbi municipium sit, vt magistratu se non interponente, Prætor vel
 Præsēs adiri potuerit: Quæ actio cū rei habeat persecutionem, &
 heredi, & in heredem, & perpetuò datur.

d. l. 4. §. in eum. & §§. seqq. ff. de damno infecto.

Sequitur

XXII.

Sequitur quarum personarum nomen hac cautione comprehendendi oporteat, & tempus quod ei adijcitur. Comprehenditur autem hac cautione nomen etiam heredum & successorum, eorumque ad quos ea res pertinet; & quidem successorum non solum, qui in vniuersa bona succedunt, sed & horum qui in rei tantum dominium successerint.

l. fluminum. 24. §. adijcitur. & §. quanquam. ff. d. t. Qua loca contra interpp. rectè explicat Donel. lib. 15. Comment. c. 46. pag. 561.

XXIII.

Singulari tamen successori (licet Bart. alijque interpp. dissentiant) nemo hoc modo cauere potest, (a) neque obligare hac cautione eiusmodi successorem quis potest. (b)

a) *Per l. stipulatio ista. 38. §. alteri. ff. de verb. oblig. §. si quis alij. & §. quod si quis. & §. alteri stipulari. Inst. de inutilib. stipulat.* (b) *l. inter 83. in princ. ff. de verb. oblig. & §. si quis alium. & §. versa vice. Inst. de inutilib. stipulat.*

XXIV.

Quod attinet tempus, quod cautioni huic adijci solet, sciendum est conditionis causa id adijci, vt si intra illud contigerit damnum, commissa sit illa stipulatio, qua de damno hoc cautum est.

l. qui bona. 13. §. vlt. & duabus ll. seqq. ff. de dam. infect.

XXV.

Satisficere autem in annos decem iubetur, qui in publico flumine, ripae eius opus facit, vnde actor damnum metuit. In caeteris rebus causa cognita magistratus vel longiorem, vel breuiorem diem constituit, (a) ex causa scilicet periculi, & ex qualitate damni, quod contingere speratur, id est, timetur, (b) longinquitate item loci, & magnitudine operis. (c) Magis enim consulendum est his, quibus maius periculum intenditur. (d)

a) *l. Praetor. 7. in princ. & l. si finita. 15. §. 1. & §. 2. ff. de damno infect.* (b) *l. qui bona. 13. §. vlt. ff. d. t. quo loco per causam, significatur causa periculi, vt sunt fissurae, & rima parietum, item ventres, qui in parietibus fatiscantibus protuberant, tum etiam vetustas operis, & mala materia,*

teria,

NOVI OPERIS NVNCIATIONE. 7

teria, mala item structura. Maius periculum est à vetustis ruinosis adibus, quàm à nouis aut non ita vetustis. Qualitas autem damni, de qua dicto loco Iurisconsul. Vlpianus aestimatur ex pretio adium, quibus damnum metuitur. Donell. dict. lib. 15. comment. cap. 46. pag. 561. in fin. & pag. seq. (c) l. in causa. 14. ff. eod. t. Vbi per loci longinquitatem significatur distantia, quæ est inter rem eam, à qua damnum metuitur, & eam, cui impendet damnum. Maius enim damnum à vicinis quàm remotioribus metuitur adibus, in quibus incertum est, an extremum ruine ad nos peruenturum sit. Quod attinet operis magnitudinem, certum est maius periculum ruine in maiore adium vitio esse, quàm in minore, maius in magnis adib. quàm in paruis. Donell. dict. loco. & facilius ruit magnum opus. Cuiac. in lib. 48. Pauli ad edictum, pag. 309. in fin. & pag. seq. (d) l. 1. §. sed & si quis. ff. de Carbon. edict.

XXVI.

Si finita sit dies statuta in cautione, iterum magistratus arbitratu ex integro erit cauendum.

l. si finita. 15. in princ. ff. de damno infect.

XXVII.

Quòd si absque diei adiectione cautio interposita sit; siquidem ex conuentione, dum id actum est, vt promissor perpetuò de damno teneretur, quandoque commissa fuerit stipulatio, ex stipulatu agitur: Si verò per errorem dies fuit omissus, magis est illud dicendum, finito die, in quem alioquin caueri solet, desiderandum esse à magistratu, vt liberetur promissor. Et verò liberabitur, nisi periculum postulet potiùs, vt longiore die iterum caueatur.

d. l. si finita, 15. §. 1. iunct. princ. ff. d. t.

XXVIII.

Nunc de vi & effectu præstitæ huius cautionis dispiciemus, vt est actio ex stipulatu; (a) circa quam videndum, ad quid, cui, & aduersus quem competat.

(a) *l. in stipulatione. 23. & l. in hac stipulatione. 28. ibi, ex stipulatu. & l. damni infecti stipulatio. 30. in princ. ff. de damn. infect. iunct. l. inter stipulantem. 33. §. si rem quam. ff. de verb. obligat.*

XXIX.

Competit autem hæc actio ad damnum, de quo cautio interposita est, quodq; post contigit: Idque accipimus, quanti ea res est, seu quanti interest actoris, damnum ab ædibus ruinosis datum non esse. Quocirca si propter metum ruinae ea ædificia, quorum nomine sibi

Fff

cauit,



DE DAMNO INFECTO, ET

cauit, fulsit, etiam impensas eius rei actione hac consequi potest, tum etiam emolumenta, quæ stipulator ex re sua percipere potuit, quibus caruit propter metum ruinæ, vt sunt mercedes inquilinorum, quæ ideo perceptæ non sunt, quia inquilini iusto metu, aut non accesserunt ad ædes conducendas, aut cum conduxissent, emigrarunt.

d.l. In hac stipulatione. 28. ff. de damno infecto.

XXX.

Cæterum duntaxat earum ædium nomine actor obligatum habet reum, quarum nomine ab initio cautum fuit; non etiam earum nomine, quas post interpositam cautionem comparauit.

l. damni 18. §. si is, qui vnas. ff. d. t.

XXXI.

Si tamen ipsi actori pars socij postea iure accrescendi accesserit, eius quoque nomine reum obligatum habet, (a) vt & nouarum ædium nomine, quæ in locum exustarum ædium, de quibus cautio interposita est, suffectæ sunt, (b) tum etiam nomine earum rerum, quæ post cautionem in ædes illas inductæ sunt. (c)

(a) per *l. quia retrò. 35. ff. ad L. Aquil. & l. si ab vno. 17. ff. vt legator. nom. Cuiac. in lib. 48. Pauli ad edictum, pag. 306. & pag. 315. col. 1.* (b) per *l. quæ res. 98. §. vlt. ff. de solut. l. domo. 21. ff. de pign. act. l. Paulus. 29. §. pen. ff. de pignor. Cuiac. proximo citato loco. pag. sc. 315. vbi affirmat Fulgosij contrarium iudicium perquam infirmum esse.* (c) *d.l. damni infecti. 18. §. si autem res aliquas. ff. de damno infecto.*

XXXII.

Et licet ob tectoria & picturas magna erogatio facta sit, attamen ex damni infecti stipulatione moderata æstimatio fieri debet: quia honestus modus seruandus est, non immoderata cuiusque luxuria subsequenda.

l. ex damni. 40. in princ. ff. d. t.

XXXIII.

Cui autem & aduersus quem competat hæc actio, non est operosæ disquisitionis; cum omnis ex stipulatu actio tribuatur stipulatori, & eius heredibus, contra promissorem, & huius heredes.

l. veteris iuris. 13. C. de contrah. & commit. stipul. & l. si pactum. 9. ff. de probat.

Quod

XXXIV.

Quòd si plures sint domini, qui stipulati sunt damni infecti nomine, aut plures ædium ruinosarum nomine damni infecti cauerint, tunc singuli ex stipulatoribus pro partibus tantum dominicis agere, & singuli ex promissoribus pro iisdem solum partibus conueniri debent.

l. ex damni. 40. §. quotiens ex damni. & §. seq. ff. de damno infect.

XXXV.

Ne tamen aliqua hac de re circa plures promissores dubitatio incidat, consultius est, ut pro sua quisque parte promittat, ne singuli in solidum obligentur. At circa stipulatores nulla eiusmodi dubitatio oriri potest.

l. plures. 27. ff. d. t.

XXXVI.

Restat quæ iuris remedia aduersus eum comparata sint, qui damni infecti cauere negat. Sunt autem tria remedia iuris beneficio aduersus eum tributa; quæ non simul concurrunt, sed ordine certo succedunt. I. Magistratus decretum primum, quo quis mittitur in bonorum possessionem eius rei, de qua agitur. II. Magistratus decretum secundum, quo rei possessio decernitur. III. Actio in factum de damno comparata in eum, qui neque cauit, neque actorem ex primo decreto in possessionem venire, neque ex decreto secundo eum possidere passus fuit.

XXXVII.

Quod attinet primum illud iuris remedium, dispiciendum, I. quis mittatur in bonorum possessionem: II. aduersus quem, & in cuius rei possessionem fiat illa missio; III. A quo Magistratu impetrari & decerni hæc missio possit: IV. quid hac missione missus consequatur.

XXXVIII.

Mittitur autem in bonorum possessionem omnis, cui damni infecti nomine cauere ex delicto debuit. Et si plures fuerint, omnes mittuntur si postulent. Et mittuntur quidem æqualiter, non prorata damni, quod vnumquemque contingit.

l. si finita. 15. §. si plures. & §. cum autem. & l. ex damni 40. §. vlt. ff. de damno infect.

Fff 2

Missio

XXXIX.

Missio autem hæc aduersus eum fit, qui non cauet damni infecti, etiam si pupillus sit.

l. si finita. 15. §. si pupillus. ff. de damno infect. l. 3. §. 1. ff. de reb. eorum, qui sub tutel. vel cur. sunt.

XL.

Et mittitur is, cui non cauetur in totas ædes ruinosas, si de his agatur, non tantum in possessionem partis ruinosæ; siquidem in ædificijs partes quoque reliquæ à vitiosa parte trahantur. (a) Si tamen magna sit domus, causâ cognitâ Prætor statuet, in cuius partis possessionem missio fieri debeat. (b)

(a) *l. si finita. 15. §. ex hoc edicto. & §. an verò. in totas. ff. de damno infect.*

(b) *l. emptor. 38. §. 1. ff. d. t.*

XLI.

Si agri nomine non caueatur, in eam partem agri mittendus est actor, ex qua periculum timetur.

d. l. emptor. 38. §. 1. ff. h. t.

XLII.

Magistratus à quo impetratur, & fieri potest hæc missio, est Prætor, & in Prouincijs Præses; qui si absentes sint, magistratus municipalis hanc rem expedire potest.

l. 1. l. 4. in princ. §. 1. 2. & 3. ff. eod. l. Obst. l. 4. ff. de iurisdic. & l. ea qua. 26. ff. ad municipal.

XLIII.

Atq; hic Magistratus iussus, primum decretum iura appellant, & hæc missio ex primo decreto fieri dicitur.

Decerni dicitur hac missio in iure nostro. d. l. si finita. §. illud. & §. si iam ruerunt ædes. ff. de damno infect. Atque hoc decretum primum vocari decretum patet ex eo, quòd sequens decretum, quo actori ipsa possessio decernitur, secundum dicitur decretum. d. l. si finita. 15. §. Iulianus. ff. de damno infect. At dicitur magistratus etiam decernere, quando aduersarium cauere iubet. l. cum postulassem. 44. in prin. ff. d. t. Vnde hoc, de quo hic agimus, secundum videtur dicendum decretum. Et ita post Bart. & alios sentit Menoch. lib. 2. de arb. iud. cent. 1. casu. 6. num. 1. & Cuiac. in lib. 1. Pauli ad edictum. pag. 5.

Conse-

XLIV.

Consequitur autem missus hac ex primo decreto facta missione custodiam dūtaxat, & quandam obseruationem, ac detentionem rei, non ipsam possessionem ad acquisitionem dominij idoneam. (a) Præter illud tamen ius etiam pignus aliquod Prætorium. (b)

a) *l. 3. §. vlt. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. 5. in princ. ff. vt in poss. legat. seu fideicommiss. esse lic. l. cum legatorum. ff. quib. ex caus. in possess. eatur.* (b) *l. 3. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cura sunt, & d. l. si finita. 15. §. si quis damni. 30. ff. de dam. infect.*

XLV.

Hanc detentionem, qui missus est, amittit, si nullo metu ruinae decesserit possessione rei, (a) tūm etiam si aduersarius ei cautionem conuenientem præstiterit. (b)

a) *d. l. si finita. 15. §. si quis metu ruina. ff. de damno infect.* (b) *d. l. si finita. 15. §. item videamus. §. illud. & §. si iam ruerunt. l. eorum. 19. in princ. ff. d. t.*

XLVI.

Sequitur alterum iuris remedium, secundum scilicet decretum, quo rei possessio decernitur; circa quod triplex inspectio incurrit: Vna à quo magistratu hoc decretum impetrandum, & interponendū sit: Altera ex qua iusta causa hoc decretum fiat: Tertia, quis effectus huius decreti.

XLVII.

Impetratur autem, & interponitur hoc decretum à solo Præto-
re, vel Præside; non etiam à magistratu municipali.

l. 4. §. duas. & §. seq. ff. de damno infecto. l. ea qua. 26. ff. ad municipal. Cuiac. in lib. 1. Pauli ad edictum, pag. 6.

XLVIII.

Iusta causa huius decreti est, cum interuallum aliquod temporis interfit, quo aut pro derelicto, rem ruinosam longo silentio absens dominus videatur habuisse; aut præsentem domino, auctori missio in possessionem, & aliquandiu immorato, nemo caueat.

l. si finita. 15. §. non autem statum. ff. de damno infect.

XLIX.

Longum illud silentium quot annorū sit mirè variant interpp. Nobis eorum placet sententia, qui hoc totum in iudicis arbitrio positum communiter affirmant.

Fff 3

Quos

Quos refert & sequitur Menoch. d. lib. 2. de arbitr. iud. cent. 1. casu. 6. Donell. lib. 15. Comment. c. 46. pag. 564. lin. 30. eorum adheret opinioni, qui longum hoc tempus decem esse annorum volunt. per l. 1. & 2. C. si aduers. credit. præscript. opponat. Sed hanc erroneam esse sententiam arguit d. l. si finita. 15. si fortè dominus. ff. de damno infect.

L.

Si tamen dominus reipub. causa absit, aut ex alia iusta causa, non debet Prætor aut Præses festinare ad decernendum, ut iubeat possidere. Quod si decreuerit, in integrum restitutioni locus est. d. l. si finita. 15. S. si fortè dominus. ff. de damno infect.

LL.

Quamdiu actor in possessione morari præsentis domino debeat, antequam magistratus eum possidere iubeat, similiter in arbitrio iudicantis situm esse plerique Dd. rectè sentiunt.

Cuiac. lib. 5. obseru. c. 30. & in lib. 54. Pauli ad edictum pag. 36. col. 1. in fin. Menoch. dict. casu. 6. num. vlt. Donell. d. lib. 15. Comment. cap. 46. pag. 564. lin. 37. & seq. quam sententiam probat text. in d. l. si finita. 15. S. non autem, ibi, & aliquandiu immorato. ff. de damno infect. & in l. 7. S. 1. vers. vnde, ibi, si persequeretur. ff. de usufruct.

LII.

Quòd si reus præsens in ea sit ætate, cui subueniri solet, non debet magistratus festinare ad hoc secundum decretum. Sed et si decreuerit, in integrum restitutionem indulgebit.

d. l. si finita. 15. S. si fortè dominus. ff. de damn. infect.

LIII.

Præter iustam huius decreti causam, & illud hîc desideratur, ut si reus abierit prius domum, vel si habitationem non habeat, ad prædium denunciatur, modò sit cui denunciatur, veluti procuratori, vel certè inquilinis. Si non sit, tutius est libellum ad ipsas ædes proponere. Fieri enim potest, ut ita monitus, defensor existat.

l. 4. S. Prætor ait. 5. & S. seq. ff. d. t.

LIV.

Effectus huius remedij potissimum tres sunt; Vnus, quòd aduersarius de possessione decedere tenetur: (a) Alter, quòd post decretum hoc oblationi cautionis amplius locus non est: (b) Tertius, quòd

quod hoc decreto ipsa rei vera possessio tribuitur, quæ possessio intercedente vsucapione etiam verum rei dominium ipsi actori adfert, si aduersarius dominus fuerit: (c) velius aliud, quod in re habuit aduersarius, veluti superficiarium vel Emphyteuticarium ius. (d)

a) l. si finita. 15. §. si quis autem. & §. vbi autem. 23. ff. de damno infect. (b) d. l. 15. §. posteaquam. ff. d. t. (c) l. Pratoris. 5. in princ. l. his, qui. 12. l. si finita. 15. §. Iulianus. 16. & §. seq. §. si de vectigalibus. 26. & §. posteaquam. 33. l. damni. 18. §. pen. & l. cum postulassem. 44. §. 1. ff. de damno infect. l. 1. ff. de fund. dotal. l. 3. §. vlt. ff. de acquir. vel amitt. possess. & l. 7. §. 1. vers. vnde ff. de usufruct. l. sed si res. 5. ff. communi diuid. Cuiac. in tractat. ad African. IX. in explicatione l. cum postulassem. 44. ff. de damno infect. & in lib. 1. Pauli ad edictum, pag. 5. & seq. & in lib. 36. Pauli ad edictum, pag. 5. & seq. & in lib. 54. Pauli ad edict. pag. 36. tum etiam in lib. 10. Responsor. Papin. pag. 456. Cuiacij & nostra sententia contrarij sunt, vt alij ferè omnes, sic & Donell. lib. 15. Commentar. c. 46. pag. 565. & Henric. à Suerin. libr. Repetitar. lection. c. 7. (d) d. l. si finita. 15. §. si de vectigalibus. ff. de damno infect.

LV.

Cæterum licet vicinus vsucapiendo ædes, quas possidere iussus fuit, dominium earum adquisierit, attamen aduersarij creditor pignoratitius rectè agit aduersus eum hypothecaria actione, & aufert possessionem, si modò paratus sit refectionis impensas præstare.

l. cum postulassem. 44. §. 1. ff. d. t. vide Cuiac. in tractat. ad African. IX. in explicatione citati loci, vbi diluit, quæ huic pronunciato obstare videntur.

LVI.

Reliquum nunc est tertium iuris remedium, actio scilicet in factum; cui locus est, si aduersarius, de damno infecto cauere iussus, vel neque caueat, neque actorem vicinum ex primo decreto in possessione esse patiat, vel etiam ex decreto secundo eum possidere non patiat.

l. 4. §. an tamen. 2. l. Prator. 7. in princ. vers. in eum, qui neq. cauerit, l. si finita. 15. §. vlt. l. si quis. 17. §. pen. l. damni. 18. §. si pupillus. & §§. seqq. ff. de damno infect. Hac actio competit etiam illi, qui missus est ex primo decreto in possessionem, licet secundo decreto nondum iussus sit possidere. d. l. si finita. 15. §. vlt. ff. d. t. Donell. lib. 15. Comment. cap. 46. pag. 567. ante finem.

Compe-

LVII.

Competit autem hæc actio de damno, quod post petitam cautionem contigit, vt tantum præstetur actori, quantum præstare ei oporteret, si de ea re cautum fuisset: (a) Ea que perpetuo datur, & heredi & in heredem, cæteras que, item que cæteris personis. (b)

a) *d. l. si finita. 15. §. vlt. & l. seq. ff. de damno infect.* (b) *l. si quis missum. 17. §. pen. ff. d. t.*

LVIII.

Quod si procurator prohibuerit, non in dominum, sed in ipsam procuratorem hæc stringitur actio. (a) Idem etiam in actore municipum, tutore, cæteris que, pro alijs, qui interueniunt, dicendum erit. (b)

a) *d. l. si quis missum. 17. §. 1. ff. eod. t.* (b) *d. l. si quis 17. §. 2. ff. d. t.*

LIX.

Cum hac actione concurrat vtile interdictum vnde vi, & publiciana actio, si ex secundo decreto actor possidere iussus sit. Sed si in factum actione egerit, his actionibus experiri non potest.

d. l. damni. 18. §. pen. ff. eod.

LX.

Sed quæritur, si antequam caueretur ædes ruinosæ deciderint, quod iuris remedium ei, qui damnum ex ea ruina passus est, comparatum sit? Et hic distinguimus hoc modo: aut deciderunt ædes, antequam vicinus postularet sibi cauere damni infecti nomine: aut cum iam à Prætoribus vel Præsides postulasset, vt sibi damni infecti caueretur. Priori casu si negligentia non petijt sibi cauere, aduersarius neque de damno tenetur, neque rudera tollere cogitur, si modò omnia quæ iacent, pro derelicto habeat: (a) alioqui per interdictum compelleretur, vt omnia etiam quæ inutilia sunt, aut tollat, aut pro derelicto habeat. (b) Sin propter aliquod impedimentum sibi non prospexit, vt quia reipublicæ causa aberat, aut angustia temporis, aut casu, prohibitus fuit, quo minùs de ea re magistratum adiret, non iniquè Prætor aut Præsides curat, vt dominus vitiosarum ædium, non modò rudera tollat, nisi ea pro derelicto habere velit, (c) sed hoc ampliùs vt non solum de futuro, sed etiam de præterito damno, quod refarcire illud volet, caueat. (d)

a) *l. euenit 6. l. Prætor. 7. §. 1. ff. de damno infect.* (b) *d. l. Prætor. 7. §. vlt. iunct. l. seq. ff. d. t.* (c) *d. l. euenit. 6. d. l. Prætor. 7. §. vlt. & l. hoc ampliùs. 9. in princ. ff. eod. tit.* (d) *d. l. Prætor. 7. §. vlt. vers. Nec solum de futuro, & l. seq. d. l. hoc ampliùs. 9. in princ. §. 1. 2. & 3. ff. h. t.*

Poste-

LXI.

Posteriori casu interest, vtrum contigerit damnum, dum Prætor vel Præses de danda stipulatione deliberat, an cum iam is vicinum in possessionem misisset. Illo casu magistratus deliberatio postulanti nocere non debet, proindeque officium eius est, ut iubeat dominum ruinosarum ædium, aut cauere de omni damno, aut si non caueat, ipse det de damno actionem: (a) Hoc verò casu altero, si venire in possessionem vicinus neglexerit, placet eum amisisse beneficium magistratus. (b) Si non neglexit, nec vlla eius culpa est, quo minus veniret, omnia seruanda sunt, atque si posteaquam in possessionem venisset, damnum datum esset. (c)

a) *l. si finita. 15. §. eleganter. ff. de damno infecto.* (b) *d. l. si finita. 15. §. pen. ff. d. t.* (c) *i. cum postulasset. 44. in princ. iunct. l. si finita. 15. §. eleganter. ff. eod. tit. vide Cuiac. in tractat. ad African. IX. (mibi) pag. 604. & seq.*

LXII.

NVNC DE OPERIS NOVI NVNCIATIONE DICENDUM. Noui operis nunciatio est legitima prohibitio (a) futuri operis, quo pristina soli operis uel facies mutatur, (b) Iuris vicino aut reipub. competentis conseruandi causa facta. (c) Eodemque sensu denunciatio, (d) item renunciatio, (e) noui operis dicitur.

a) *l. si alius. 7. §. ait Iulianus, ibi, quam prohibitus fuerit. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. nunciamus. 17. & §. seq. l. de pupillo. 5. §. si plurium. 6. & §. meminisse. 10. l. Prætor. 20. in princ. & §. deinde. ff. de nou. oper. nunciat.* (b) *l. 1. §. 1. & §. opus nouum. & §. seq. ff. d. t.* (c) *l. 1. §. Nunciatio fit. 16. & §. Iuris nostri. 19. ff. de op. nou. nunciat.* (d) *d. l. de pupillo. 5. §. meminisse. ibi, tum noui operis denunciatio erit necessaria. & l. sciendum. 19. in fine. ff. eod. t. Vnde perperam nonnulli operis noui nunciatiōi, genus affingunt denunciationem.* (e) *d. l. de pupillo. 5. §. si is cui. 17. ibi cui renunciatum erit. ff. d. t.*

LXIII.

Spectamus autem in operis noui nunciatione, tum genus noui operis quod nunciatur; (a) tum ipsum nunciationis actum: (b) tum etiam factæ nunciationis executionem: tum denique causas, ob quas ipsa executio nunciationis denegatur nunciatori. (c)

a) *l. 1. §. 1. §. opus nouum. & §. seq. l. stipulatio. 21. §. opus autem factum. ff. de nou. op. nunciat.* (b) *Tot. tit. ff. & C. de op. nou. nunciat.* (c) *l. de pupillo. 5. ib. nunciationis executionem. l. & si satisfactio-*

Ggg

nem.

nem. 7. ib. ab executione operis noui & l. sciendum. 19. ib. denegata executione noui operis. ff. d. t.

LXIV.

Quod attinet genus noui operis, dispiciendum, quid sit nouum opus, & quod nouum opus nunciari possit: & quod non possit nunciari.

LXV.

Nouum opus est, cum quis aut ædificando aut detrahendo aliquid pristinam soli vel operis faciem mutat.

l. 1. §. opus nouum. & §. seq. l. stipulatio. 21. §. opus autem. ff. h. t.

LXVI.

Vnde si quis ædificium vetus fulciat, non opus nouum facit, sed veteri sustinendo remedium adhibet.

d. l. 1. §. si quis ædificium. ff. eod. tit.

LXVII.

Cæterum illud duntaxat opus nouum nunciari potest, quod solo coniunctum est, & in solo fit, cuius ædificatio & demolitio opus nouum continere videtur. Proinde si quis messem faciat, arborem succidat, vineam putet, nunciatio ei fieri non potest.

d. l. 1. §. Hoc autem edictum, 12. ff. h. t. Vide Donell. lib. 15. Comment. c. 45. pag. 548. in fin. & pag. seq.

LXVIII.

Sed & futurum sit opus, id est, nondum factum, sed cœptum, necesse est, præteritum nunciari non potest, sed ei remedium iuris aliud propositum est: veluti interdictum restitutorium, quod vi aut clam, & quod in loco sacro, religioso, & quod in flumine publico ripæ publicæ factum erit.

d. l. 1. §. 1. & l. de pupillo. 5. §. nunciationem. 2. ff. de oper. nou. nunciat.

LXIX.

Opus autem factum accipimus, non si vnum aut alterum cœmentum fuit impositum, sed si proponatur instar quoddam operis, & quasi facies quædam facta operis.

l. stipulatio. 21. §. opus autem. ff. d. t.

LXX.

Consilium ergo fuerit, vt qui opus nouum nunciat, si quid operis iam factum erit, in testationem id referat, vt appareat, quid postea factum sit. (a) Et vt probari facilius possit, quid postea ædificatum sit.

fit, modulos sumere debet, qui vt sumantur, conferanturque, Prætor decernere solet. (b)

a) *l. non solum. 8. §. 1. ff. h. t.* (b) *d. l. non solum. 8. §. sed vt probari. ff. eod. tit.*

LXXI.

Sunt tamen quædam opera noua futura, quæ nunciari non possunt. Qui enim publicæ salutis, & securitatis causa, cloacas aut riuos purgat, vel reficit, prohiberi nequit: (a) Vt nec ille, qui facit opus, cuius mora & dilatio periculum aliquod allatura est. (b) Veluti si in manifesto periculo ruinæ ædes demoliatur, vt restituat eas; vel aduersus vim imminentem maris aut fluminis, aggerem extruat, nuncietur. (c)

a) *d. l. de pupillo. 5. §. si quis riuos, & §. proinde si quis. ff. d. t.* (b) *d. l. 5. §. præterea & §. seq. ff. d. t.* (c) *Donell. lib. 15. Comment. cap. 45. pag. 549. lin. 20. & 21.*

LXXII.

Similiter si quis in mari vel litore ædificet, per nunciationem noui operis prohiberi nequit, (a) vt nec ille, qui ædificat in loco, quem cum alio communem habet. (b)

a) *d. l. 1. §. Quod si quis in mari. ff. h. t.* (b) *l. 3. §. 1. & 2. ff. eod. tit.*

LXXIII.

Qui item in suo prædio, quod alij vsumfructum, (a) vel seruitutem rusticam (b) debet, nunciari non potest ab eo cuius est vsusfructus: vel seruitus illa, sed huic confessoria actio competit.

a) *l. 2. ff. de oper. nou. nunciat. & l. vn. §. pen. v. ipsi autem domino. ff. de remiss.* (b) *l. qui viam. 14. vbi post alios Dd. Duar. ff. de oper. nou. nunciat. Cuiac. lib. 1. obser. cap. 16. & in lib. 21. Pauli ad edictum pag. 345. & seq. Idem Cuiac. lib. 1. obseru. cap. 17. Duaren. lib. 2. disputat. anniuers. cap. 17. & ad tit. ff. de oper. nou. nunciat. cap. 3. vers. altera questio. Donell. lib. 15. Comment. cap. 45. pag. 549. & seqq. sed vid. dissentientem Coras. lib. 5. miscellan. cap. vlt.*

LXXIV.

Cognito genere operis, quod nunciari potest: dispiciendum dehinc de ipso nunciationis actu, circa quem videndum, quis, cui nunciare possit, tum quis locus & tempus sit nunciandi: tum deniq; quis nunciationis modus & forma.

l. 1. §. Nunc videamus & l. de pupillo. 5. §. nunciari, 3. ff. de oper. nou. nunciat.

LXXV.

Nunciare autem nouum opus potest, qui ius habet prohibendi nouum opus; (a) qualis qui vel priuati sui iuris conseruandi aut damni depellendi causa; vel publici iuris tuendi gratia, nouum opus nunciat, (b) siue quod idem est, qui vel ob naturalem vel imposititiam, vel ob publicam causam nunciat. (c)

a) *l. 1. §. nunciamus. 17. & §. seq. l. de pupillo. 5. §. si plurium dominorum. 6. in fin. & l. stipulatio. 21. in pr. ff. d. t.* (b) *d. l. 1. §. Nunciatio fit. 16. ff. eod. tit.* (c) *l. de pupillo. 5. §. & bellê. ff. d. t.*

LXXVI.

Sui priuati iuris conseruandi gratia, & quidem ob naturalem causam nunciat, qui in suum immittendi, aut ædificari quid, non patitur: ob causam verò imposititiam, qui in eum locum, in quo seruitutem constitutam habet, non patitur, quid immitti vel ædificari.

l. 1. §. pen. & l. de pupillo. 5. §. sed et si in ades, & §. seq. ff. de oper. nou. nunt. Donell. lib. 15. Comment. cap. 45. pag. 549. & seq.

LXXVII.

Damni depellendi proindeque & ob naturalem causam nunciat, qui periculosè ædificanti opus nouum nunciat, vt periculum ruinæ à se auertat.

l. 1. §. nunciamus. ff. d. t.

LXXVIII.

Proindeque ex causa priuata ius habet, opus nouum nunciandi, qui aut dominium aut seruitutem habet, (a) etiam si pupillus sit, modò autore tutore nunciet. (b)

a) *l. vn. §. ius habet. ff. de remiss. De seruitute est quoque textus in l. 5. in pr. & §. & bellê. ff. de oper. nou. nunciat. l. inter. 15. ff. de seruit. prædior. urban. l. in iudicio. 47. ff. Fam. erciscund. l. 6. §. vlt. ff. si seruit. vendicer. vid. Duar. ad tit. de oper. nou. nunciat. cap. 3. & Cuiac. lib. 1. obseruat. c. 17. & Donell. lib. 15. Comment. cap. 45.* (b) *l. de pupillo. 5. in pr. ff. b. t.*

LXXIX.

Creditori quoque, cui pignoris nomine prædium tenetur, permittendum est, de iure, id est, de seruitute opus nouum nunciare. Nam ei vindicatio seruitutis datur.

l. creditori. 9. ff. de oper. nou. nuntiat. & l. vn. §. vlt. ff. de remiss.

Quin

LXXX.

Quin etiam nouū opus rectè nunciat bonæ fidei possessor, (a) Superficiarius, (b) & Emphyteuticarius, (c) itemq; Vafallus. (d)

(a) l.1. §.1. ib. ad quem res pertinet. ff. de nou. op. nuntiat. Facit quod hic pro domino habetur, & iure domini rem possidet. l. bonæ fidei. 48. in pr. ff. de acquir. rer. dom. l. qui scit. 25. §.1. ff. de vsur. (b) l.3. §. pen. ff. de op. nou. nunt. (c) Nam Emphyteuta domino similis est, & quandoq; simpliciter dominus appellatur. l. possessores. 12. in fin. C. de fund. patrimon. lib. XI. Est item Emphyteuta similis superficiario. l. cum sponsus. 12. §. in vectigalibus. iunct. §. seq. ff. de public. in rem act. & l. tutor. 16. §. vlt. ff. de pignor. act. Cōfert item hūc, quod Emphyteuta vindicatio prædij Emphyteutici datur. l.1. §.1. ff. si ager vectig. Item vindicatio seruitutis prædio fructuario debita. l. ei qui pignori. 16. ff. de seruit. Ergo & ius nunciandi nouum opus per l. creditori. 9. de nou. op. nunt. & l. vn. §. pen. ff. de Remiss. (d) per text. in tit. 8. de inuest. de re alien. fact. §. Rei autem per beneficium ib. vt tanquam dominus, & §. e contrario. vers. meliorem namq; & tit. 43. de controuers. inter Vafal. & alien. lib. 2. Feud. Facit huc quod Vafallo vindicatio prædij Emphyteutici, vt & seruitutis eidem debita, competit. d. tit. 8. §. Rei autem. lib. Eod. F. proindeq; & operis noui nunciatio per text. in d. l. creditori. 9. ff. d. t.

LXXXI.

Sed quæritur de vsufructuario: Num & ille nouum opus nunciare vicino possit? Mouet quod vindicatio seruitutis fructuario prædio debita soli domino cōpetit, (a) non vsufructuario, (b) quodque ei etiam noui operis nunciatio permittitur, cui seruitutis vindicatio datur. (c) Sed procuratorio nomine, & vtiliter, non directo & suo nomine nunciare opus nouum fructuarius potest. (d)

(a) l.1. & l.2. §.1. ff. si seruit. vind. (b) l.1. in pr. l.5. §. vtrū. vers. nam & si fundo. ff. si vsufruct. pet. (c) d. l. creditori. 9. ff. d. t. (d) l.1. §. vlt. l.2. ff. eod. tit. l. vn. §. pen. ff. de remis. Facit etiam hūc, quod item creditori de seruitute nunciatio noui operis permittitur, & seruitutis vindicatio datur. d. l. creditori. 9. ff. d. t. quæ tamen est vtilis non directa vindicatio. l. Ei qui pignori. 16. ff. de seruit. Sed vide Cuiac. dissent. lib. 1. obser. cap. 16.

LXXXII.

Si autem fructuarius domino prædij nunciauerit, inutilis erit nunciatio.

l.2. ff. de op. nou. nunt. & l. vn. §. pen. ff. de remiss.

LXXXIII.

Vt fructuarius, sic & tutor & curator alieno nomine nouum

Ggg 3

opus

opus nunciare possunt, (a) Inquilinus verò & Colonus non possunt, (b) nisi dominus absens fuerit. (c)

(a) *l. et si. 7. in fin. ff. de op. nou. nuntiat.* (b) *l. 3. §. pen. vbi Br. num. 2. Castrens. n. 1. Ias. n. 5. ff. d. r.* (c) *per l. 1. C. si per vim aut alio mod. l. si longius 18. §. 1. ff. de iudicijs, & l. cum filius familiars 17. ff. de reb. credit. Facit item huc, quod cura & diligens custodia eis intelligitur mandata, sicut fructuario. l. videamus. & l. item queritur 13. §. Exercitum. ff. Locat. Duaren. post alios ad l. 3. §. si ego. ff. de op. nou. nuntiat.*

LXXXIV.

Quòd si plurium dominorum rei opus noceat, tunc vnus ex socijs nunciatio non omnibus sufficit, sed singulis est necesse nunciare: quia & fieri potest, vt nunciatorum alter habeat, alter non habeat ius prohibendi.

d. l. de pupillo. 5. §. si plurium dominorum rei. ff. d. t.

LXXXV.

Nunciare autem potest quis non per semetipsum duntaxat, sed & per procuratorem suum, ad hoc constitutum, (a) vt & per procuratorem omnium rerum, totorum, vniuersorum, & omnium bonorum. (b)

(a) *l. 1. §. Item nunciationem. l. 5. §. vlt. & l. cum procurator. 13. in prin. ff. d. t.* (b) *c. Qui generaliter tit. de procurat. in sexto. & l. procurat. 36. ff. de procur.*

LXXXVI.

Publici iuris tuendi gratia, siue ob publicam causam nunciare possunt omnes ciues, (a) non seruus, (b) neque etiam pupillus, (c) neque mulier. (d)

(a) *l. 3. §. vlt. & l. seq. ff. d. t.* (b) *l. de pupillo. 5. §. Seruo autem. ff. eod. tit.* (c) *d. l. 5. in pr. ff. d. tit.* (d) *l. Mulier 6. ff. de popular. act. & fac. l. 4. ib. quam plurimos. ff. de op. nou. nuntiat. l. 2. ff. de R. I. Duar. ad tit. de oper. nou. nunt. cap. 3.*

LXXXVII.

Est & illud huc generaliter monendum, rectè nouum opus nunciare eum, qui ex aliqua prædicta causa nuntiat, siue veram, siue falsam dicat, modò interrogatus, vel sua spontè, quam obrem nuntiet, eiusmodi aliquam causam adferat: alioqui si nullam adferat talem causam, nunciatio inutilis est.

l. 1. in. pr. ib. siue iure, siue iniuriâ, & l. prator. 20. in pr. & §. ait prator. ff. de oper. nou. nuntiat. Donel. lib. 15. Comment. cap. 45. pag. 550. lin. 42. & seqq.

Quòd

LXXXVIII.

Quòd attinet personam, cui nunciatur nouum opus, nihil inter-
est, domino fiat nunciatio, vel alij, qui domini vel operis nomine in
eo loco est, vbi fit opus nouum, vt sunt fabri & opifices, (a) siue serui,
siue liberi fuerint, mares an fœmine, maiores natu vel minores, (b)
quippe cùm nunciatio in rem fiat, non in personã, (c) siue quod idem
est, operis non personæ. (d) Vnde si vni ex pluribus dominis nuncie-
tur, rectè videtur nunciari. (e)

(a) l. de pupillo. 5. §. Nunciari, & l. cuilibet. 11. ff. de op. nou. nunt. (b) d. l.
de pupillo. 5. §. 1. & §. Nunciari. ff. eod. (c) l. operis. 10. ff. eod. (d) l. vlt. ff. h. t. vbi
Donell. lib. 15. Comment. cap. 45. pag. 551. Legendum putat pro operis, operi, sed
nostro iudicio non contemnenda vulgaris lectio. (e) d. l. de pupillo. 5. §. si plurium
res. ff. d. t.

LXXXIX.

Nec quicquam refert, præsentis vel absentes domini fuerint, ad-
uersus quos nunciatio fit, cùm etiam in inuitos fieri possit, (a) pro-
indeq; aduersus furiosos & infantes, (d) dum tamen fiat intelligen-
ti, veluti fabro, qui possit renunciare ijs, qui cauent. (c)

(a) l. 1. §. & aduersus. ff. h. t. (b) l. operis. 10. & l. seq. ff. eod. (c) d. l. cuili-
bet. 11. ff. d. t.

XC.

Porrò locus nunciandi noui operis est, in quo fit opus. Nam in
re præsentis nunciationem fieri oportet, siue quis ibi ædificet, siue in-
choet ædificare. (a) Alibi, velut in foro facta nunciatio inutilis est, &
nullius momenti. (b)

(a) l. de pupillo. 5. §. Nunciationem. 2. ff. de op. nou. nunciat. (b) d. l. de pu-
pillo. 5. §. si quis fortè. ff. d. t.

XCI.

Tempus nunciandi quoduis idoneum est, proindeque & die fe-
riato nunciatio fieri potest.

l. 1. §. Item nunciatio. ff. h. t. l. 2. ff. de fer.

XCII.

Modus & forma nunciandi opus nouum triplex est: Aut enim
per prætorem nunciatur nouum opus: Aut per manum, id est, lapilli
iactum; aut nudis verbis, qualis nunciatio in specie noui operis nun-
ciatio appellatur.

l. de pupillo. 5. §. Meminisse. ff. de op. nou. nunt. l. vi facit. 20. §. 1. ff. Quod vi
aut clam. And. Gail. lib. 1. Obser. 16. num. 11.

Per

XCIII.

Per prætorem nunciatio fit, cum is, qui opus nouum nunciare instituit, adit prætorem, & impetrat ab eo, vt ipse iubeat opus nouum nunciari & inhiberi nunciatione sua.

l. si opus nouum. 16. ff. de op. nou. nuntiat.

XCIV.

Per manum id est lapilli iactum nunciatur nouum opus, cum quis manum opponit operi quasi aduersando, & simul iactat lapillum in nouum vicini opus, significans, se prohibere, ne fiat opus nouum.

d. l. vi facit. 20. §. 1. ff. Quod vi aut clam. d. l. etsi fortè. 6. §. 1. ff. si seruit. vindicet.

XCV.

Nudis verbis noui operis nunciatio fit, cum quis illi, cui nunciari potest, in re præsentis dicit, se prohibere, ne quid operis noui fiat.

d. l. vi facit. 20. §. 1. ff. Quod vi aut clam.

XCVI.

Differt autem hic modus à duobus illis primis, quòd qui hoc modo nouum nunciat opus, aduersarium satisfactione ab eo præstita possessorem facit, non etiam cæteris duobus modis. Vnde melius est, vno ex his duobus, quàm illo modo opus nouum nunciare.

l. 1. §. in operis autem noui, & d. l. de pupillo. 5. §. meminisse. ff. d. t. l. si alius. 7. §. ait Iulianus. ff. Quod vi aut clam. And. Geil. d. obseru. 16. in fin.

XCVII.

Cæterum de modo nunciationis factæ iudici per instrumentum publicum eo nomine factum, costare debet, cum de nunciationis effectu apud eum litigatur.

And. Geil. lib. 1. Obser. 16. n. 12.

XCVIII.

Est & illud de forma nunciationis animaduertendum, vt, qui nouum opus nunciat, iuret, non calumniæ causa opus nouum se nunciare; Quod iusiurandum authore prætore defertur. Vnde non exigitur, vt is antè iuret, quàm prætor iusiurandū hoc exigat. (a) Qui autem alieno nomine nunciat, vt procurator, satisfacere etiam tenetur, rem ratam dominum habiturum. (b)

(a) *d. l. de pupillo. 5. §. Qui opus nouum. ff. de op. nou. nunt. Duar. ad eund. tit.*

NOVI OPERIS NVNCIATIONE. 2)

tit. cap. 4. & Donell. lib. 15. Comment. cap. 45. pag. 553. (b) d. l. de pupillo. 5. §. Qui procuratorio. 18. & l. cum procurator 13. ff. d. t. vid. Duar. d. cap. 4.

XCIX.

Sequitur de nunciationis executione, & effectu; qui hic est, quòd is, cui nunciatum opus nouum est, abstinere necesse habet, ab ipso, quod instituit, opere. (a) Quodq; opus post nunciationem factum destruere compellitur, (b) siue iure, siue iniuria fecerit. (c)

(a) l. non solum. 8. §. sciendum ff. de op. nou. nunciat. (b) l. Prator. 20. & l. seq. §. 1. ff. d. t. (c) l. 1. in pr. & d. l. Prator. 20. §. 1. & §. 3. ff. eod. tit.

C.

Id autem nunciator consequi potest, per interdictum restitutorium, quod perpetuum est, & eius heredi ceterisque successoribus cõpetit, (a) aduersus eum, qui opus fecit, vel ratum factum habuit. (b) In eius autem heredem actio in factum datur, si quid indè ad eũ peruenit, aut eius dolo malo non peruenit, (c) qui etiam patientiam destruendi operis præstare aduersario nunciatori iubetur. (d)

(a) l. 1. §. sed si is, cui, & d. l. Prator 20. §. hoc interdictũ perpetuò. ff. d. t. (b) d. l. 20. §. aduersus ipsum. 7. ff. eod. tit. (c) d. l. Prator 20. §. planè si queratur. ff. h. t. l. pen. & l. vlt. C. de interdict. Donell. lib. 15. Commentar. cap. 45. pag. 556. lin. 28. & seqq.

CI.

Quòd si autem heres sciens, factam esse defuncto nunciationem, cœptum opus perfecerit, suis expensis illud destruere tenetur.

arg. l. Prator. 20. in pr. & §. aduersus. ff. de op. nou. nunciat. Facit quòd nunciatio in rem, id est, in opus fit non in personam, vt supra ostendimus.

CII.

Videamus nunc, quæ causæ sint, ob quas nunciationis executio nunciatori aut eius successoribus denegatur. Causæ autem hæ in duplici sunt differentia. Aut enim ab initio inutilem faciunt nunciationem, vt licitè ea contemni possit; aut verò ab initio vtilem nunciationem euentu quodam finiunt.

l. 2. ff. de op. nou. nunciat. & l. vn. §. 1. & §. 4. ff. de Remiss.

CIII.

Ab initio quæ inutilem faciunt noui operis nunciationē, hæ sunt causæ: I. Si nuncietur nouum opus illud, quod nunciari nequit. (a) II. Si nunciet opus nouum, qui ratione personæ suæ nunciare nõ potest. (b) III. Si nouum nunciet opus, qui interrogatus nunciandi ius siue causam nullam adfert. (c) IV. Si illi nuncietur, cui nunciare

Hhh non



non licet. (d) V. Si non iusto loco, sed alibi fiat nunciatio. (e) VI. Si omiſſa legitima forma nunciatio fiat. (f)

(a) l. 1. §. Hoc autem. 12. & § §. ſeqq. l. de pupillo. 5. §. ſi quis riuos & § §. ſeqq. ff. de op. nou. nunciat. Donel. l. 15. Comment. cap. 45. pag. 548. verſ. Inutilem ab initio. And. Geil. d. lib. 1. Obſeru. 16. n. 8. (b) d. l. de pupillo. 5. in pr. & §. 1. ff. eod. tit. (c) perl. 1. §. nunc videmus ib. quib. ex cauſis ff. h. t. & ad eandem l. Br. n. 11. & 12. & ibid. etiam Dyn. Specul. tit. de procur. §. ſin. Ferrar. in forma libelli, in art. nou. oper. nunciat. in verbo nouum opus. n. 5. Ioan. Oldend. Claſ. 3. art. 7. cap. deſenſiones rei conuenti. n. 9. Donel. d. lib. Comment. cap. 45. pag. 550. verſ. cum hoc ſoles. (d) d. l. 1. §. Nunc videmus ib. quibusque nunciatur. ff. de op. nou. nunciat. & l. vn. §. Item Iuliano. verſ. ipſi autem domino. ff. de Remiſſ. (e) d. l. de pupillo. 5. §. ſi quis fortè. ff. eod. tit. (f) arg. l. quotiens. 6. ff. Qui ſatidar. cog. Donell. dict. lib. cap. 45. pag. 548. verſ. inutilem ab initio.

CIV.

Cauſæ quibus nunciatio utilis finitur, ſunt remiſſio nunciatio-
nis, & mutatio domini nunciantis.

CV.

Remiſſio illa nunciationis fit, vel conuentione litigatorum, (a)
vel autoritate prætoris; (b) Vel cautione de opere reſtituendo pri-
uatim præſtita ab eo, cui opus nouum nunciatum eſt. (c)

(a) d. l. 1. §. Inde queritur. ff. de op. nou. nunciat. (b) d. l. vn. ff. de Remiſſ.
l. non ſolum. 8. §. ſciendum. ff. de oper. nou. nunt. (c) d. l. de pupillo. 5. §. ſi is, cui,
& l. prætor. 20. in pr. & §. 1. ff. d. t.

CVI.

Autoritate prætoris fit nunciationis remiſſio, cum prætor adi-
tus à litigatoribus poſtulanti ei, cui opus nouum nunciatum eſt, re-
mittit, ſeu miſſam facit nunciationem. Id quod fit tribus ex cau-
ſis. I. Si nunciator calumniæ iusiurandum apud prætorem ex-
actum non præſtat. (a) II. Si nunciator, qui alieno veluti procurato-
rio nomine opus nouum nunciat, non ſatis dederit, eam rem domi-
num ratam habiturum. (b) III. Si nunciator ius nunciandi, quod
prætendit, non probat. (c)

(a) d. l. de pupillo. 5. §. Qui opus nouum. ff. de op. nou. nunt. (b) d. l. de pu-
pillo. 5. §. Qui procuratorio. ff. eod. t. (c) d. l. 1. in pr. & l. Non ſolum. 8. §. ſci-
endum. ff. d. t. & d. l. vn. in pr. & §. 1. ff. de Remiſſ.

CVII.

Probare autem nunciator ius illud ſuum tenetur inter trium
menſium

OPERIS NOVI NVNCIATIONE.

25

mensium spacium. Alioqui aduersario, præstita priùs satisfatione de opere suis sumptibus restituendo, si ius faciendi nouum opus non habere pòst constiterit, in opere cœpto pergere permittitur.

l. vn. C. de nou. oper. nuntiat. & c. vlt. extra eod. tit. Andr. Geil. lib. 1. obseruat. 16. n. 17. vbi addit, in Camera Imperiali propter causarum multitudinem hunc terminum tam exactè non obseruari.

CVIII.

Vnde quæritur? An summarium sit iudicium hoc, an verò plenarium? plenarium esse verius putamus.

Nam ius nunciatoris exactè perpendi debet; quod si intra spacium trium mensium fieri nequit, perficere quidem aduersarius, præstita de destruendo opere cautione, potest adificationem, ipsum tamen iudicium continuatur. d. l. vn. C. de nou. oper. nuntiat.

CIX.

Cautione præstita, remittitur nuntiatio noui operis, si is cui nunciatum est nouum opus, citra Prætoris præsentiam & autoritatem præstet, vel præstare paratus sit, nunciatori cautionem de opere suis sumptibus restituendo, si pòst appareat, se ius faciendi opus nouum non habere.

d. l. de pupillo. 5. §. si is cui. & d. l. Prætor. 20. in pr. & §. 1. & §. deinde. ff. d. t.

CX.

Circa hanc cautionem animaduertendum, quotuplex ea sit, & qui eius effectus.

CXI.

Est autem duplex hæc cautio; satisfatio & repromissio, (a) satisfatio præstatur illi, qui suo nomine opus nouum nunciat: Qui verò alieno nomine nunciat opus nouum, ille nuda repromissione contentus esse debet. (b)

a) d. l. de pupillo. 5. §. si is cui. ff. d. t. (b) d. l. non solùm. 8. §. quod si nunciauero. ff. eod. tit. Satisfatio fit datis fideiussoribus. l. 1. ff. Qui satisf. cog. nuda repromissio fit sine fideiussoribus. l. sancimus. C. de V. S. stipulanti tamen d. l. non solùm. 8. in fin. & l. stipulatio. 21. in pr. ff. de oper. nou. nuntiat.

CXII.

Et si autem nunciator oblata cautione nunciationem non remittat, attamen ipsa oblatio est vice nunciationis remissa.

d. l. de pupillo. 5. §. si is, cui. & l. non solùm. 8. §. sciendum. l. Prætor. 20. §. 1. & §. deinde ait Prætor. ff. h. t.

Hhh 2

Effectus

CXIII.

Effectus prædictæ cautionis duplex est: Vnus quod is qui cauit, aut obtulit cautionem non admissam, (a) cceptum opus perficere potest: Alter quod probato post nunciatori ius fuisse prohibendi: atque aduersario non fuisse ius opus nouum faciendi, hic destruere opus nouum tenetur, conuentus actione ex stipulatu, (b) quæ etiam aduersus eius heredes stringi potest.

a) *d. l. non solum. 8. §. vlt. l. ex operis. 12. & stipulatio. 21. §. 1. & §. 2. ff. de oper. nou. nuntiat.* (b) *d. l. non solum. 8. §. vlt. ff. eod. tit.*

CXIV.

Mutatio dominij, qua similiter utilis nunciatio finitur, duobus continetur modis; quorum vnus est, si moriatur dominus, qui opus nouum per se, vel per alium nunciauit; alter verò si idem alienet rem suam, cuius nomine opus nouum nunciauit.

d. l. non solum. 8. §. morte eius. ff. de oper. nou. nuntiat.

CXV.

Quòd si is, cui opus nouum nunciatum erat, decesserit, vel ædes alienauerit, non extinguitur noui operis nunciatio.

d. l. non solum. 8. §. vlt. ff. d. t.

CXVI.

Est autem in arbitrio nunciatoris vel petere operis destructionem, vel exigere tantam pecuniam, quanti ea res erit.

d. l. stipulatio. 21. l. ex operis. 12. ff. d. t.

CXVII.

Est & illud hinc notandum, quod si præstita satisfactio, vel ea oblata non accepta, nunciator aduersarium in perficiendo opere impediatur, huic in illum iure prohibitorium comparatum est interdictum, quod etiam post annum, & heredi, cæterisque successoribus competit.

d. l. Prætor. 20. §. deinde ait Prætor. & §§. seqq. ff. h. t.

CXVIII.

Etsi verò executio noui operis denegata sit nunciatori, attamen legitimæ actiones ei integræ manent.

l. 1. §. 1. l. sciendum. 19. ff. de oper. nou. nuntiat.

FINIS DISPVTATIONIS
DECIMÆ OCTAVÆ.

Ka 3071

(3/4)

ULB Halle
003 261 573

3



sb

Blind. 3/1.





185.

Disputatio XVIII.

DE DAMNO INFECTO, ET OPE-
ris noui nuntiatione.

QVAM

D. T. U. V. A.

PRÆSIDE

CLARISSIMO

CONSULTISSIMOQUE

VIRO, DN. HENRICO BOCERO,

I. V. D. CELEBERRIMO-PERSPICACISSIMO,

*& in incluta Tubingensium Academia Professore & Ante-
cessore eminentissimo, Praeceptore suo sum-
mè honorando,*

ORDINARII EXERCITII GRATIA,
tempore, locoque consuetis, pro animi modu-
lo tueri tentabit

IOANNES IACOBVS PLEBST
Stutgardianus.



TUBINGÆ,
Apud Georgium Gruppenbachium.

M. D. X C I X.

Ecc

